



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

DE || LIBERTATE || CHRISTIANA ||

Lensaeus, Johannes

Antverpiae, 1590

Capvt VII. Respondeatur ad argumentum Caluini, quo libertatis pars hæc
tertia construitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46059](#)

CAPUT VII.

Respondetur ad argumentum Caluini, quo libertatis pars hac tercia construitur.

Rom. x. 4.

PRO FERTVR à Caluino Pauli locus, vbi ait: Scio quia nihil commune est; nisi qui existimat aliquid commune, illi commune est. Sic enim ille Pauli verba commemorat. additque ijs verbis res omnes externas, liberrati nostræ esse subiectas, modò eius libertatis ratio animis nostris apud Deum constet. Verum si qua superstitionis opinio scrupulum nobis iniiciatur: que suapte natura pura erant, ea nobis contaminari. Si igitur ille: particulam omittens, nescio an de industria quam Paulus interserit: Per ipsum. Nihil, inquit, commune per ipsum; nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. Neque tamen parum ad rem facit particulæ eius interpositio. Siue enim interpretetur, nihil commune per seipsum, id est, suapte natura, quomodo Chrysostomus; siue, nihil commune per ipsum Christum, de quo dixerat, Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum; quomodo Ambrosio inscriptus Commentarius interpretatus est: neutrum tamen horum Apostolicæ lectionis sensum quicquam nobis aduersari clarum est, quilege Ecclesiastica, qua nonnullis à cibis interdum abstinendum sit, nihil impediri docemus libertatem Christianam. Si enim intelligit Apostolus nihil communeseu prophanum & immundum suapte natura; tandem nos contra hoc Pauli verbum, in capiendo ciborum alimentis, Christianam, imò naturalem toleremus libertatem, si ab ullo ciborum genere, tanquam per seipsum impuro, abstinentiam esse dicemus. Libertam enim permituit Paulus rerum usum, tanquam sua natura bonarum: non quo exigat, sine omni prohibitione, perpetuam vivendi facultatem. Fiunt enim

& ciuii
prohib
lit, ta
senatu
contin
prasti
immun
ciboru
immu
scetiic
libert
Mola
seruat
tus ge
Legis
vinus
Chri
crime
neba
stos,
cong
dient
ter, o
stere
mus
indic
firm
puru
quo
mina
facie
tis, q
miri
quir
ylo;

& civilibus interdum, & medicorum s^ep^e decretis, prohibitiones cert^a; sed ne quid, quod à Deo effectum sit, tanquam malum per se, Manichæorum deliro sensu nefas putemus attingere. Sin autem hoc potius continet Apostolica sententia, per Christum iam id præstitum esse, ut nihil haberi debeat profanum & immundum, ex Mosaici instituti decreto, quo siebat ciborum mundorum delectus quidam, eorumque ab immundis, non naturâ, sed mystica significatione, distinctione: nonne perspicuum est, ne hac quidem in parte libertatem à nobis imminui Christianam? Neq. enim Mosaicæ legis decretum reuocamus, cuius modò obseruatio, non pietatis libertas, sed superstitionis seruitus grauissima foret. Ceterū cùm illius obseruandæ Legis tempus esset adhuc idoneum, velle mihi Calvinus diceret, nullane tum piis hominibus, & gratia Christi iustificatis, libertas Christiana fuerit, qui discrimen illud ciborum ex Lege Mosaica obseruare tenabantur. Quij si diceret liberos faisse inquantum iustos, Deique filios; quia Legem vimbratico illi seculo congruentem, propter veri Dei, qui illa iusserat, obedientiam, promptè & alacriter obseruarent, intelliget, opinor, non esse cur nobis adeò vehementer observet; qui cùm libertate Christiana consistere voluimus à certis ciborum generibus abstinentiam, lege indictam, consuetudineque fidelium per tempora certa firmatam: non quo quicquam aut suapte natura impurum, aut significatione immundum statuatur, sed quo istiusmodi ratione castigata caro & repressa, dominanti spiritui, non tantum negotij sua infestatione facessat. Quæ res procul dubio ad Christiana libertatis, quæ præcipue à peccato libertas est, incrementum mirificè conductit. Quod si hic quispiam dixerit, requirere Apostolū eam libertatem in externarū rerū rū: ut quoniam nulla res aut suapte natura, aut signifi-

fica-

574 DE CHRISTIANA LIBERTATE
ficatione immunda est, nemo sibi aliquam reddat si-
perstiosā opinione pollutam: fatebimur hoc nos, in-
bentesque donabimus, nēque enim à peccato liber
esse potest, qui cùm sibi falsa superstitione persuadeat
rem quam piam immundam esse, neque ea ut sibi fa-
esse, tamen reclamante conscientiæ iudicio sumit in-
vsum. Dupliciter enim hic peccato feruit; tam quòd
eius animus superstitione & errore tenet illaque-
tus; tum quòd contra conscientiam quippiam agat;
cùm dicat Apostolus, Beatum esse illum, qui non in-
dicat seu condemnat seipsum in eo quod probat, id
est, quod opere exerceat, qui autem dijudicat inter d-
bos, tanquam alios mundos, alios immūdos, is, si ede-
rit, cōdeinnatus est: quoniam non ex fide. Porro quòd
non est ex fide, peccatum est. At verò si quisquam illi-
citum sibi paret rei certæ vsum; vel quia Deus prohi-
buit, vt Adam primū, deinde Iudei tempore veteris
Legis; vel quia Ecclesia prohibet, vt hunc Christiani;
is neque superstitione dicitur, qua rem ullam putet
immundam: neque eam quæ sit per seipsum munda
sibi facit immundam, si pròpter Superioris iustæ pro-
hibitionem abstinendum paret: nisi ita fortasse quis-
quam inficiat, vt obedientiæ virtute pollui hominem
arbitretur. Si verò quis erit qui prohibitionis nō igno-
rus, cui parendum esse sibi persuadeat, nihilominus
edat: is tum rem bonam sibi immundam reddit, sequen-
tia ipsum pollutum: non pròpter superstitionis opinionem,
qua sibi scrupulum injiciat; sed pròpter propriæ con-
scientiæ, ex vero iudicio, condemnationem. Quæ esti-
erronea sit, obligat tamen; non quidem ad faciendum
secundum eam, sed ad nihil suscipiendum & agendum
contra eam. Si quis autem rursum contendat, ob hoc
ipsum nullas eiusmodi in Ecclesia leges esse debere,
per quas fiat, vt Christianus, aliquid esse prohibuta
sibi persuadens, ac nihilominus eodem vtens, sibi id

Rom 14.

reddat immundum: an maduertere ille debet, quantum ex eo, si sic esset, nasceretur incommodi. Sequentur enim, nec diuinæ leges esse debere vllas: propter ea quod eārum occasione eueniat, ut homines aliqua sibi esse prohibita persuadētes, atque eadem interim, nihil illa obstante scientia, concupiscentiaque vincēte, facientes, grauiore multo peccati seruitute implicentur. Quocirca si tale quidquam accidat, seu diuinatum ha Ecclesiasticarum occasione legum, ut homines illi de quibus dictum est à Poeta,

Nitimus in vetitum semper, cupimusque negata, Onidina.
 dulciorem rerum usum putent, quo magis fuerit prohibitus, eoque maiore vrendi libidine polluantur; non propterea accusanda Lex est tanquam Christianæ aduersa libertati, sed innata hominibus prauitas: quam ultronea, Christianoque & libero homine digna obediendi consuetudine, corrigi paulatim sanique necesse est. Postremò si quis addiderit, abrogatis semel per Christum Legibus illis Mosaicis, quæ librum & promiscuum rerum usum prohibebant, non debuisse ab Ecclesia similes institui Leges; quia nihil profueritonus seruile unum excusissime, si aliud perinde graue eius in locum successerit: respondebitur, inter has & illas Leges permulcum interesse. non modò quia Lex Christiana nullius cibi simpliciter damnat aut prohibet usum (quod illa Mosaica in variis retum generibus faciebat) verum etiam quod veteres illæ prohibitiones vmbriticæ erant; istæ vero Christianæ temperantiae & pieratis morale ac perutile exercitium continent. Idcirco & Christus Dominus, sublatis veterum sacramentorum vmbbris, non solùm moralia, quæ veteri Testamento communia erant, reliquit, verum etiam & auxit & illustravit. Et ideo nemo est credentium, inquit Leo, qui non sit Christianæ debitor disciplinæ. **Quia etsi remota est iustitia Legis**

Legis asperitas, voluntariæ tamen obseruationis crevit utilitas, dicente Euangelista Ioanne, quia Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Omnia enim quæ secundum Legem, sive in circuncisione carnis, sive in diversitibus hostiarum, sive in sabbathi obseruantia præcesserunt, Christum testificata, Christi sunt gratiam prelocutum. Et ipse est finis Legis, non euacuando significatio ipsius, sed implendo. Qui licet idem sit auctor veteris qui nouorum, figuratarum tamen promissionum sacramenta mutauit; quia promissa perfecit, & denuntiationibus cessationem imposuit; quoniam denunciatus aduenit. In præceptis autem moralibus nulla prior Testamenti decreta reprobata, sed Euangelico magisterio multa sunt aucta, ut perfectiora & lucidiora sententia dantia salutem, quam promittentia Salvatorem Hactenus Leo, Sermone 14. de passione Domini Cuius illa eadem de te & brevior & clarior oratio est. Sermone 6. de ieiunio decimi mensis: Cessantibus inquit, significacionibus, quibus Salvatoris nostri numerabatur aduentus, & peractis figuris, quas absula ipsa præsentia veritatis: ea quæ vel ad regulas monialium vel ad simplicem Dei cultum ratio pietatis instituitur, eadem apud nos forma in qua sunt condita perseverant: & quæ utriusque Testamento erant congrua, nullam sunt commutatione variata. Ex iis autem est, inquit decimi mensis solenne ieiunium, quod à nobis nunc est annua consuetudine celebrandum: quia plenum iustitiae est atque pietatis, gratias agere diuina largitus pro fructibus quos invitus hominum, secundum summae prouidentiae temperamentum, terra produxit. Hæc Leo.

CAPV